

Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Art. I. Vtrum idem numero actus possit simul habere duas species
moralitatis, putà bonitatem ex subjecto, & malitiam es fines operantis, vel
è contra?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78232)

§1. Ad maiorem hujus conclusionis intelligentiam, advertendum est, quod ut actus recipiat bonitatem à fine operantis, non sufficit quod talis finis sit bonus absolute, sed insuper requiriatur quod sit proportionatus actui, qui in ipsum ordinatur, alias virtutis actus; unde licet celebrare, vel orare, si actus bonus ex objecto; & curare de bonis temporalibus, sit finis bonus: tamen si quis oret, vel celebret propter temporalia, tanquam propter finem prius palem, accusetur malus ex improportione finis, ut docet S. Thomas 2. 2. qu. 83. art. 6. ad 1. 3. & 4. Ratio à priori est, quia bonum morale est idem quod conveniens rationi: Sed rationi non convenit, quod maior bonus ad minus ordinetur tanquam ad finem: Ergo actus qui refertur ab operante in finem minus bonum, quamvis ille ad quem ex natura sua ordinatur, non est bonus moraliter, sed malus.

§2. Ex quo inferes eum, qui exercet aliquam actionem honestum (quales sunt actus qui ad conservationem individui vel speciei ordinantur) propter solam delectationem, peccare: quia bonum nobilior ac superius, nempe honestum, refert ad inferius & minus perfectum, nimisrum ad bonum delectabile, de quo fuisus infra, cum de indifference actuuum humanorum agemus.

Dico secundò: Bonitas aut malitia, quam actionis humanus desumit à fine operantis, est diversa species ab ea quam habet ab objecto.

Pater etiam hæc conclusio: quia bonitas ex objecto est unica, invariabilis, & essentialis actui: bonitas vero ex fine operantis est multiplex, & variabilis ex beneficio operantis & accidit actui: Ergo ista bonitates species differunt. Idem constat de malitia: cum enim quis furatur ut fornicetur, malitia fornicationis, quæ huic actui ex ordinatione in finem illum advenit, species differt a malitia iniustitiae, quam habet ex objecto, & quæ ipsi essentialis est, & ab eo inseparabilis.

§4. Dices, Bonitas, vel malitia, desumpta ex fine, est generica respectu bonitatis, quæ desumitur ex objecto, ut docet D. Thomas hic art. 7. Sed bonitas generica non distinguitur species a bonitate specifica, neque realiter, sed solum ratione, ut animal ab homine: Ergo bonitas ex objecto, & bonitas ex fine, non distinguuntur species.

§5. Sed contrà primò D. Thomas hic art. 4. ad 3. docet unam itarum bonitatum ab alia separari, alia manente; quod & experientia constat, cum operans possit actum eleemosynæ ordinare, vel non ordinare ad penitentiam: Sed hoc esset impossibile, nisi realiter distinguerentur: Ergo &c.

§6. Deinde genus & species per se ad invicem ordinantur: Sed bonitas ex objecto, & bonitas ex fine, non ordinantur per se; cum ordinatio in finem operantis, per accidens adveniat actui ex beneficio eius: Ergo non se habent ut verum genus & species. Unde, cum D. Thomas loco citato docet, quod bonitas quæ est ex fine, est veluti generica, loquitur de genere similitudinariæ & metaphorice dicitur.

§7. Quæ ad complementum hujus questionis, utrum ut actus sit bonus moraliter, sufficiat bonitas finis proximi, seu objecti; an vero necessarium ultra illam requiratur, quod ad alia quam finem remotum, putata ad Deum ordinetur?

B. Respondeo quod quando a fine est bonus, & honestus ex fine proximo, seu objecto, non indiget ordinari in ulteriore finem, ad hoc ut sit moraliter bonus, sed sufficit quod non apponatur finis malus, vel alia mala circumstantia, quæ qui dat eleemosynam, intendens solùm honestatem eleemosynæ, hoc est sublevare alienam misericordiam, & non apponens alium finem, facit opus moraliter bonum; & similiter qui jejunat ut carnem subjicit rationi, & sic de aliis. Ratio est, quia talis actus ex fine proximo, seu objecto habet honestatem, & bonitatem moraliter: Ergo ut sit moraliter bonus, non estne cœlularum quod illam à fine extrinseco participe.

Addo quod sicut lapis ex natura sua tendit in centrum, ut in terminum & finem sui motus, nisi violenter se ipsum impellatur ab agente extrinseco, ita quodlibet opus, ex objecto & ex natura sua bonum & honestum, tendit in Deum ut luminis rationis, actorius boni honesti angelorum, nisi violenter ab homine in finem malum referatur: unde qui elicit actum honestum & bonum ex objecto, nullam apponendo malam circumstantiam, cœlatur, interpretative faltem, operari propter Deum; quod ad bonitatem moraliter actuuum humanorum sufficit. Sed de hoc falsis in Tractatu de Gratia, cœlendum hoc contra Jansemium omnia opera infidelium honestissime peccata,

DISPUTATIO IV.

De Concurso multiplicis Moralitatis in eodem actu.

Explícatis principiis moralitatis, restat agendum de Concurso & Comparatione diversarum specierum moralitatis respectu ejusdem actus, ut constet quo pacto sint aut non sint in eo compossibilis, & quem ordinem obseruent. Unde lit-

ARTICULUS PRIMUS.

Vtrum idem numero actus possit simul habere duas species moralitatis, putata bonitatem ex subjecto, & malitiam ex fine operantis, vel e contrario?

S. I.

Quibusdam premisis Difficultas resolvuntur.

Suppono contra Gabrielem, & quosdam Salios, eundem numero actum à voluntate elicimus, posse successivè esse moraliter bonum, & malum, sive transire de bono in malum, & econtra. Bonum enim & malum morale se habent respectu actus voluntarii, sicut verum & falsum respectu actus intellectus. Sed idem numero actus intellectus potest successivè esse verus & falsus, ex sola variatione objecti, ut

DE CONCURS V MUL TIPLICIS MORALITATIS.

229

hic actus, Petrus sedet, est verus, Petro sedente, & polte falsus, ipso surgente & stante: Ergo patiter idem numero actus voluntatis potest successivè esse bonus & malus, per moralem mutationem objecti, quod in uno tempore est bonum & conforme legi, in alio malum ac ei disforme: V. G. potest homo velle vesci carnibus tempore licito, & hanc voluntatem sine interruptione continuare eo tempore quo eis carnibus non est licitus: tunc vero manet idem actus in esse physico (cum sit continuus & non interruptus, ut supponimus) & tamen sit diversus in esse moris, & transit ab una specie moralitatis in aliam. Unde D. Thomas qu. 2. de Malo art. 4. ad 7. sic ait: Nil prohibet aliquid esse idem numero secundum unum genus; quod tamen secundum aliud genus non solum numero, sed specie differt: sicut si sit aliquid corpus continuum, in una parte album, & in alia parte nigrum, sive unum numero, in quantum est continuum, sed differt non solum numero, sed specie, in quantum est coloratum. Et similiter si in aliquo actu continuo primo fuerit intentio ad bonum, postea ad malum, sequitur quod sit unus actus numero secundum suam naturam, sed tamen differet specie secundum quod est in genere mo-

Tota ergo difficultas ad hoc devolvitur, an idem actus voluntatis simul & eodem tempore possit diversas species moralitatis habere, & esse bonus & malus ex diversis principiis, puta bonus ex objecto, & malus ex fine; sicut cum quis dat elemosynam propter vanam gloriam; vel contra malum ex objecto, & bonus ex fine, ut dum quis furatur ad dandam elemosynam? Quid ut magis declaretur, & status difficultatis clare percipiat, certaque ab incertis separentur.

Supponendum est secundo, actione humanam quae ab operante ordinatur in finem malum; etiam si ejus objectum bonum sit, non esse bonum simpliciter, sed simpliciter malum. Hoc admittunt omnes Authorites, & docet expresse D. Thomas hic art. 4. ad 3. ubi ait: Non est actio bona simpliciter, nisi omnes bonitates concurrant, quia si quilibet singularis defectus causat malum: bonum autem causa ex integra causa, ut Dionysius dicit 4. cap. de Divin. nomini. Solum ergo difficultas est & controversia inter Theologos, an sicut in naturalibus potest idem subjectum retinere bonitatem quod ad aliquid, & esse malum quoad aliud; ut agrotare pedibus, & non manibus; habere pulchros oculos, & nascum deformes; & sicut in artificialibus potest idem objectum secundum unam partem esse pulchrum, & regulis artis conforme, & secundum aliam disforme, ac distortum, & regulis artis dissonum: ita in moralibus eadem actio humana possit esse bona ex objecto, & simul mala ex fine operantis, aut ex alia circumstantia; vel quando malus finis aut circumstantia adjungitur objecto bono, totam ejus bonitatem moralem tollat, ita quod actus illi tunc non possit dici bonus secundum quid, seu ex objecto. Eadem difficultas currit, cum actus est malus ex objecto, & bonus ex fine. Pro resolutione

Dico primum: Quando objectum est bonum, & finis malus, aut alia circumstantia (ut cum quis dat elemosynam propter vanam gloriam, vel reddit debitum uxori in loco sacro) non sunt duæ species moralitatis, sed unica, nempe malitia, que ex malo fine aut circumstantia redundat in objectum, ejusque bonitatem moralem omnino

destruit. Est contra Cajetanum hic art. 8. & 9. & tomo 1. opus. tract. 17. response 14. quem sequuntur ex nostris Marcus & Serra hic art. 4. & ex extraneis Lorca, Granado, & alii.

Probatur primo conclusio ex D. Thoma qui variis in locis eam videtur aperte tradere: nam in 2. dist. 38. qu. 1. art. 4. sic ait: *Cum aliquid vult dare elemosynam propter inanem gloriam, hic est unus actus voluntatis, & hic actus totus malus est, licet nunquam ad omne id, quod ipso est, malitiam habeat.* Et hic qui 19. art. 7. ad 2. *Voluntas (inquit) non potest dici bona, si sit intentio mala causa volendi: qui enim vult dare elemosynam propter inanem gloriam consequendam, vult id quod de se est bonum sub ratione mali,* & ideo prout est volitum ab ipso est malum, unde voluntas eius est mala. Et in resp. ad 3. *Sive voluntas sit ejus quod est secundum se malum, & sub ratione boni, sive sit boni sub ratione mali, semper voluntas erit mala.*

Respondent Adversarii, D. Thomam loqui de bonitate simpliciter, & non negare quod, dare elemosynam propter vanam gloriam, sit actus bonus secundum quid, seu ex objecto.

Sed contra primò: D. Thomas loco citato exprefse dicit, quod, quando aliquis vult id quod de se est bonum sub ratione mali, volitum ab ipso est malum. Et ibidem art. 2. ad 2. ait quod velle bonum quando non debet, si referatur ad volitum, tunc voluntas non est boni, quia velle facere aliquid, quando non debet fieri, non est velle bonum: Sed illud volitum est objectum: Ergo ex D. Thoma quando actu à fine operantis, vel ab alia circumstantia viatur, non remanet bonus etiam ex parte objecti, sed totus malus est, licet non totaliter, seu ex omnibus principiis qua ad illum concurrunt. Unde idem S. Doctor in 2. distinct. 38. quæst. 1. art. 4. ad 4. dicit: *Cum aliquid vult dare elemosynam propter inanem gloriam, hic est unus actus voluntatis, & hic actus totus malus est, licet non ab omni eo quod in eo est malitiam habeat.*

Contra secundo: D. Thomas hic art. 5. ad 4. docet quod cum aliqua circumstantia actu, qui ex objecto esset bonus, reddit malum, talis circumstantia sumitur ut differentia essentialis objecti, & specificat actu illum, ac proinde dat illum primam moralitatis speciem: si autem praedictus actus haberet simili bonitatem ex objecto, ab eo primariò specificaretur, nec circumstantia daret speciem essentiali, sed accidentale, ut patet: Ergo D. Thomas denegat huic actu bonitatem etiam ex parte objecti.

Contra tertio: Idem S. Doctor 2. Ethic. lect. 7. docet ex Aristotele bonum in moralibus uno solo modo dicere, nempe simpliciter, idque explicat exemplo sagittarii, qui uno solo modo potest scopum vel punctum sibi proximum attingere, & multiplicitate ab illo deviare: *Rectitudo operationis (inquit) uno solo modo contingit, peccatum autem in actione contingit infinito modo:* & inde est quod peccare est facile, quia multipliciter hoc contingit; sed recte agere est difficile, quia non contingit nisi uno modo: & ponitur exemplum, quia facile est recedere à consuetudini signi, id est puniri, sive in centro circuli, sive in quacunque alia superficie determinata signati: sed tangere signum est difficile, quia contingit uno modo. Ergo ex D. Thoma actus non potest esse bonus moraliter, nisi sit bonus simpliciter, seu ex omnibus principiis ad illum concurrentibus, nempe objecto, fine, & circumstantiis debitissimis, subinde que non potest esse bonus ex objecto, & malus

DISPUTATIO QVARTA

230 ex fine operantis; aut ex aliis circumstantiis.

Probatur secundò conclusio ratione fundamentali, quam insinuat idem Doctor angelicus locis supra citatis. Cum aliquis dat elemosynam propter inanem gloriam, objectum illius actus, ut habet rationem objecti, & ut specificat, non est bonum, sed potius malum: Ergo non potest dare actu specificem boni. Consequentia pater, Antecedens probatur. Quando aliquis dat elemosynam propter vanam gloriam, tunc elemosyna secundum te & absolute non terminat hunc actu elektionis, sed ut habet rationem medi ordinati ad malum finem, scilicet acquisitionem vanarum gloriae; elektio enim habet pro objecto medium ad conducendum ad finem, & ad illum ordinatum: Atque elemosyna ut habet rationem medi ordinati ad malum finem, scilicet vanam gloriam, non est objectum bonum, sed malum; cum lib. hac ratione sit instrumentum mali, & materia in qua exercetur vanarum gloria, sub specie misericordiae & charitatis, licet quantum ad sublevacionem alienae misericordie habeat effectum elemosynæ: Ergo cum aliquis dat elemosynam propter inanem gloriam, objectum illius actus, ut habet rationem objecti, & propter illum actu specificat, non est bonum, sed potius malum.

Confirmatur: Licet elektio prius ratione terminetur ad medium, quam ad finem, in genere causæ formalis, tamen in genere causa finalis prius terminatur ad finem: unde cum causa finalis sit simpliciter prior, et quod agens non agat nisi motum à fine, hinc est quod si simpliciter loquendo, cum aliquis eligit medium de se bonum ad obtinendum malum finem, v.g. elemosynam propter vanam gloriam, præcedat malitia finis, & refundatur in objectum seu medium, ejusque bonitatem extinguat. Unde Ambrosius Epist. 34. ad Demetriadem: *Inflatio & ambitus*, & proprium bonorum superba defensio, possunt defruere elemosynas, possunt evanescere martyria, & magnas opes amore quis humana linda effundat, & seva supplicia non ex fortitudine quam Deus tribuit, sed ea quam de se præsumpsit, excipiunt. Hinc etiam hypocrisis, seu appetitus vanarum gloriae, fermentum comparatur Lucæ 12. Nam sicut modicum fermentum totum farinem cui injicit massam corrumpit, universaque mox conßersionem suo sapore commaculat: sic etiam simulatio, cuius semel animum imbuerit, tota virtutum sinceritate & veritate frudabit, impunit venerabilis Beda lib. 4. in Lucam capit. 52.

Confirmatur amplius: Ut aliquis actus sit bonus, etiam partialiter & inadæquatè, debet regulari per dictamen rectæ rationis & prudentiæ, que est proxima & immediata regula actu humanorum, ut disp. i. ostendimus: Sed elektio medii de se boni ad obtinendum malum finem, jejuni v.g. vel elemosynæ, ad caprandam vanam gloriam, vel alterius actus ex objecto boni, & ex circumstantia mali, non regularur per dictamen rectæ rationis & prudentiæ: Ergo nullam habet bonitatem moralē, etiam partialē & inadæquatam. Major pater, Minor probatur. Prudentia & recta ratio dictant bonum bene esse faciendum, bonum fieri male, seu ex malo motivo, non esse bonum: Sed quando aliquod bonum sit ex malo fine, sit ex malo motivo, quia sicut

A dat motivum agendi, & quando sit cum mala circumstantia, non sit bene, sed male: Ergo tunc non sit conformiter, sed disformiter ad rem racionem & prudentiam.

Probatur tertio conclusio alia ratione defumpta ex doctrina D. Thoma hic art. ad 4. ubi docet quod omnis circumstantia mala, adveniens actu ex objecto bono, transit in rationem objecti, nisi destruet bonitatem, quæ ex objecto sumenda erat: Ergo actus aliquā mala circumstantia, vitatus, nullam retinet bonitatem moralē ex objecto. Minor probatur: Circumstantia non potest transire in rationem objecti, nisi etiam transeat in rationem specificativi, quia ex objecto sumuntur specificatio, etiam in moribus: Sed non potest transire in rationem specificativi, nisi destruet bonitatem specificam, quia ex objecto sumenda erat: alias talis actus habet duplex essentiam seu speciem omnino oppositam, & quarum una non posset subordinari alteri. Ergo circumstantia mala non potest transire in conditionem objecti, nisi ipsius bonitatem destruet.

Hanc conclusionem probant etiam aliqui ab inconvenienti quod videtur sequi ex adversa sententia: Si enim (inquit) idem actus simul esset bonus & malus moraliter, esset etiam simul meritior vita æternâ, & alicuius supplici, quod videretur absurdum. Sed haec ratio non urget, cum quia responderi potest, quod sicut non repugnat in eodem actu ratio boni & maliorum secundum diversa, ita nec ratio meriti & demeriti: tum etiam quia ad meritum vita æternâ requirit quod actus sit simpliciter bonus, & Deo gratus, ac ex imperio charitatis saltem virtualiter in Deum referatur; neutrum autem convenit actu bono ex objecto, & malo ex fine operantis; ille enim in sententia Adversariorum est bonus tantum secundum quid, & cum sit peccatum, saltem veniale, non potest per charitatem referri in Deum; cum peccatum veniale, licet non auferat à subiecto in quo est habitualem ordinem charitatis, ab ea tamen imperari nequeat, nec in Deum formaliter aut virtualiter referri: quia sicut actus charitatis est conversio in Deum, & peccatum mortale aversio ab illo ultimo fine, ita veniale est quod ab illo diversio, ut docetur in tractatu de Peccatis. An vero actus bonus ex objecto, & malus ex aliqua circumstantia, sit meritior alicuius præcipi temporalis, disputant Theologi in tractatu de Merito.

Dico secundò: Quando objectum actus est malum, & finis bonus (ut cum quis furatur ad dandam elemosynam) non sunt ibi duas species morales, una mali ex furto, & alia boni ex elemosyna, sed una duntaxat mali ex objecto, nempe ex furto. Haec conclusio sequitur ex principiis in præcedenti statutis: si enim malitia deflupta ex fine operantis, vel ex alia circumstantia, inficit totum actum, & omnem eius bonitatem destruit, à fortiori et quæ derivatur ex objecto, quæ est præcipua ac essentialis, idem præstabilit, omnemque bonitatem moralē actus pariter destruet.

Deinde, sicut est contra dictamen prudentiæ, eligere aliquod bonum medium ob malum finem; ita & astimere malum medium ad obtinendum bonum finem, quia non sunt facienda mala ut eveniant bona.

Ad

DE CONCVRSV MVLTPLICIS MORALITATIS

23. 1

Addo quod, sicut se habet principium in specieculatibus, ita & finis in practicis, ut sèpè docent Aristoteles & D. Thomas: unde sicut principium speculativum certum, applicatum ad conclusionem per medium sophisticum, non causat assensum scientificum, sed erroneum; ita finis bonus, intentus per medium malum, non causat aenum bonum, sed malum.

Denique, sicut in eo qui dat eleemosynam propter vanam gloriam, eleemosyna, in quantum est materia & instrumentum vanæ glorie, non est objectum bonum, sed malum (vitatur enim à fine, & ad speciem ejus trahitur, ut in prima ratione præcedentis conclusionis expendimus) ita in eo qui furatur ad dandam eleemosynam, eleemosyna non est bonus finis, sed malus, quia est causa furandi, & ratio eligendi malum medium, à quo vitatur, atque ad speciem ejus trahitur: Ergo sicut primus actus est omnino malus, non vero mixtus ex bonitate & malitia, ita & secundus. Unde D. Thomas hic qu. 19. art. 7. ad 3. sicut dicit: *Sive voluntas fit ejus quod est secundum se malum, & sub ratione boni; sive fit boni sub ratione mali, semper voluntas erit mala: sed ad hoc quod fit bonus, requiritur quod sit boni sub ratione boni, id est quod velit bonum, & propter bonum.*

§. II.

Solvuntur Objectiones.

Objectiones primò contra primam conclusionem: D. Thomas hic art. 4 cùm enumeraasset in corpore quadruplicem actus bonitatem, in solut. ad 3. addit: *Nihil prohibet actioni, habenti unam praedicarum bonitatem, defesse aliam, & secundum hoc contingit actionem, que est bona secundum speciem finis, vel secundum circumstantias, ordinari ad summulum, vel e converso, non tamen est actio bona simpliciter, nisi omnes bonitates concurrant.* Ubi ponderanda sunt hæc verba, *habenti unam praedicarum bonitatem*: His enim S. Doctor aperte videtur docere, quod actio humana potest habere unam bonitatem moralem, puta ex objecto, & tamen carere alijs quæ desumuntur ex fine, vel circumstantiis, subindeque simul esse bona & mala. Unde in 2. dist. 36. qu. unica art. 5. in fine corp. art: *Contingit actuū habere bonitatem ex materia, & tamen eum male fieri propter inadibitu circumstantias.*

Respondeo quod quando S. Doctor dicit quod actioni habenti unam bonitatem, puta ex objecto, contingit defesse aliam, scilicet ex fine, & ob istius defectum reddi peccaminosam, ly habenti, non facit sensum compositum, quasi actio simul cum predicto defectu talem bonitatem conservet, sed reddit sensum divisum, & solum significat, quod quantum est de se habiturus erat actus talem bonitatem, nisi advenisset maliitia ex fine illam impeditus. Sicut si dicteretur, habientem bonitatem contingit distemperari humores, non esset verum in sensu composito, ita ut cum de facto est distempores, revera sit sanitas, sed solum in sensu diviso, quia scilicet adesset tunc quantum est ex alijs principiis, nisi distempores accidisset. Eodem modo intelligi & explicari debet alijs locus desumptus ex libro 2. Sententiarum. Quod autem hæc interpretatione sit legitima, patet ex locis quæ pro nostra assertione adduximus, in quibus, quacumque parte actus sit malus, denegat ei S. Thomas omnem bonitatem, subindeque docet bonitatem ex objecto, & qualitatem ex fine, in eodem actu non posse com-

A ponit, seu simul reperi: unde cùm ait actui habenti unam bonitatem, defesse aliam, hoc necessario debet intelligi in sensu diviso, sicut exposuimus; præsertim cùm idem S. Doctor locis supra citatis doceat circumstantiam malam transire in rationem objecti, atque adeò ipsam bonitatem objecitam destruere.

Objicies secundò: Cum quis dat eleemosynam propter vanam gloriam, ille actus est simul bonus ex objecto, & malus ex fine operantis: Ergo simul habet duas species moralitatis, nempe bonitatem & malitiam. Consequentia patet, Antecedens etiam est evidens quantum ad secundam partem. Probatur verò quantum ad pri-
mam: Primo quia nullus actus potest esse malus ex objecto, nisi habeat objectum malum: Sed talis actus non habet objectum malum; nam finis ob quem fit, non est ejus objectum, sed circumstantia: Ergo non est malus ex objecto.

Secundo: Cum quis instantiæ præcepto dandi eleemosynam, dat eleemosynam ob inanem gloriam; implet præceptum: Ergo talis actus est bonus ex objecto. Consequentia patet: cùm enim præceptum sit de actu bono, impietri nequit nisi per actum bonum, saltem ex objecto.

Tertiò: Si talis actus esset malus ex objecto, haberet duplificem malitiam, unam ex fine, scilicet inanis gloria, aliam ex objecto depravato, scilicet ex eleemosyna vitiosa: Sed hoc dici nequit, alias qui dare eleemosynam propter vanam gloriam, duplex peccatum committeret, quod videtur absurdum: Ergo, &c.

Quartò: Qui urgente præcepto dandi eleemosynam, eam tribuit ob inanem gloriam, melius facit, quam qui nullo modo adimpleret tale præceptum: Ergo ille actus non est omnino malus, sed retinet aliquam bonitatem, eam saltem quam habet ex objecto.

Denique: Volitus dandi eleemosynam ob inanem gloriam elicetur à virtute misericordia: Ergo est bona moraliter, saltem ex parte objecti. Consequentia liquet: quoniam virtus moralis non potest non recipere bonum honestum, quod est proprium ejus objectum. Antecedens verò probatur: Tum quia qui habet habitum misericordia, majoriter habet facilitatem ad prædictum actum eliciendum, quam qui hujusmodi habitu caret; quod signum est hunc actum à virtute misericordia procedere: Tum etiam quia talis actus repetitus auget facilitatem ad veros actus misericordia, atque adeò ipsam virtutem misericordia: Sed virtus non augetur nisi actus se eleito: Ergo talis actus à virtute misericordia elicetur.

Huic argumento, quod est præcipuum fundatum adversa sententia, respondetur negando Antecedens, quantum a primam partem. Ad primam probationem in contrarium dicendum, quod licet objectum hujus actus, volo dare eleemosynam propter inanem gloriam, materialiter & in esse entis fit bonum, formaliter tamen ac in esse objecti, & ut actum illum terminat ac specificat, non est bonum, sed malum: tum quia habet rationem mediæ ordinati ad malum finem, scilicet vanam gloriam, unde non est conforme, sed difforme dictamini rectæ rationis & prudenter, ut in primariorum declaravimus: tum etiam quia tunc circumstantia finis mali transit in rationem objecti specificantis, sicut in ultima probatione ostendimus.

Ad

17.

18.

19.

20.

21.

22.

DISPV TATIO QVARTA

232

23.

Ad secundam probatiōrem , concessi Ante-
dente , nego Consequentiam . Ad cuius proba-
tionem respondeo ex D. Thoma *infra qu. 100.*
art 9. & 10. leges esse in duplice differentia :
quædam dantur de actibus humanis præcisè
quædæ substantiam & entitatem physicam , vel
(quod idem est) quædæ bonitatem objectivam
materialē ; ut quæ præcipiunt succurrere indi-
genti , audire factum , similes : alij verò dantur
de fine & modo prædictorum actuum , & conse-
quenter de eorum honestate & bonitate formaliter ;
cujusmodi sunt illæ quæ disponunt de interiori
rectitudine hominis , ac de his quæ pertinent ad
directionem cordis , & ad ipsam justificationem
& munditiam interiorēm , ut credere , sperare ,
diligere , penitere , non mœchari in corde , non
concupiscere rem alienam , &c. Leges igitur quæ
dantur de sola substantia actus (qualis , ut dixi ,
est illa quæ præcipit succurrere indigentem) adim-
pleri possunt per actum qui nullam habeat con-
tatem formalem , dummodo circa materiam bo-
num seu objectum materialiter bonum ver-
satur . Unde hæc instantia solū probat ob-
jectum hujus actus , volo dare elemosynam propter
inanem gloriam , esse bonum materialiter , & in
esse eotius , non autem ostendit illud esse bonum
formaliter , & in ratione objecti specificantis .

24.

Ad tertiam probationem respondeo , aliquos
existimare in illo actu duplēcēm esse malitiam ,
unam vanæ gloriae viciantem , & aliam elemo-
synæ viciantem : nec enim non manet vera el-
emosyna , sed sit materia vanæ gloriae , ac instrumen-
tum superbiae . Unde Augustinus in regula seu
Epist. 109. ait quod *superbia bonis operibus insidiat*
ut pereant ; & Chrysologus loquens de hy-
pocriti , dicit : *Crueliter arte virtutes necat mu-*
crore virtutum , jejuniū jejunio perimit , orationem
oratione vacuat , misericordiam miseratione pro-
ferrat . Verosimiliter tamen videatur non dupli-
cari ibi malitiam , nec aliam dari distinctionem à
superbia , seu vanæ gloria , cetera , ut superbi ostendi-
mus , totum illum actum viciat , ad instar fermenti ,
quod totam farinam cui injicatur massam cor-
rumpt , vel tineat , que totum ex quo nascitur
pannum contredit . Unde Christus Matth. 6. di-
cebat : *Si oculus tuus fuerit nequam , totum cor-*
pus tuum tenebrosum erit : ubi per oculum intel-
ligunt SS. Patres intentionem huius , que si sit ma-
la , reddit totam actionem malam & tenebrosam ,
omnemque bonitatem luctem ab ea excludit .

25.

Ad quartam responderetur , quod eis qui ur-
gente præcepto dandi elemosynam , eam tribuit ob inanem gloriam , minus peccat , quam qui
nullo modo adimpleat tale præceptum , non tam
men , propriè & formaliter loquendo , melius
facit : quia neuter formaliter bene facit ; & ideo
comparativum melius est ut pater fortalegit non suppone.
Sicut minus peccat qui dormiens adim-
plet , seu non transgit præceptum non farandi ,
quam qui illud violat : non tamen propriè melius
facit ; quia dormiens , nullam exercens operatio-
nem , nihil boni facit , & ubi non est bonum , me-
lius esse non potest .

26.

Ad ultimam nego Antecedens : nam virtus
moralis non concurredit nisi ad actus regulatos ju-
dicio prudentiæ : volitio autem dandi elemosynam
ob inanem gloriam non regulatur dictam
prudentiæ , ut superbi ostendimus : ergo illa non
procedit ab habitu misericordiæ , sed vanæ glo-
riæ . Ad primam probationem in contrarium di-
cendum est , majorem illam facultatem , quam

A experituris qui haber habitum misericordiæ , ad
prædictum actum , non provenire per se hu-
jusmodi habitu , sed per accidens : quia dum per
accidens potentiam ad proprium actum , per
accidens removendo impedimenta ex parte ma-
teriæ , reddit ipsam potentiam facilem ad actus
in materia similes , quamvis formaliter non sint
actus virtutis , sed virtutis : ad eum modum quo ha-
bens habitum misericordiæ acquista , facilitor
est ad elicendos actus infusa ; non quia virtus
naturalis per se influit in actus infusa , sed quia
cum prædicta virtutes convenient in materia ,
licet non in ratione formaliter , eo ipso quod acqui-
sita per se habiliter potentiam ad proprios actus ,
tollit impedimenta quæ ex parte materiae reti-
date possent ad alios quoscunque in tali materia
elicendos . Per quod patet ad secundam proba-
tionem : nam eis volitio dandi elemosynam
ob inanem gloriam , non sit formaliter actus vir-
tutis , potest tamen per accidens modo explicato
augere facilitatem ad veros actus misericordiæ ,
tollendo impedimenta ex parte materiae .

B Objicis tertio : Actus credendi mysteria sa-
pientialia ut à Deo revelata , elicitor à virtute
fidei , tibindeque est bonus ex objecto . Sed ille
potest ad malum suum ordinari , ut si aliquis cre-
dat propter vanam gloriam : Ergo idem actus
potest esse simul bonus ex objecto , & malus ex
fine operantis .

C Confirmatur : Si aliquis vellet suscipere ba-
ptismum , auctorati martyrum ex vanæ gloria , ta-
lis volitio est malæ , utope relata ad malum finem ,
& bona , utope dispositio ad iustificacio-
nem , quæ per baptismum aut martyrum ob-
tinetur : Ergo idem actus bonitatem & malitiam
moralem simul habere potest .

D Ad objectionem respondet Joannes à S. Tho-
ma , quod ille qui credit ex motivo vanæ gloriae ,
vel ex alio temporali , credit ex fide acquisita ,
quæ innititur testimonio humano : sicut hereticus
mysteriis quæ non discredit , non assentit
ex vera fide sapientiali , sed ex motivo &
testimonio humano ; quia scilicet talia mysteria
sibi videantur credibilium . Rationem affigas , quia
(inquit) actus vera fidei , debet à gratia excita-
re procedere : quando autem aliquis credit ex
imotivo vanæ gloriae , talis assensus , cum sit pe-
catum , saltem veniale , non potest produci à
gratia excitante , quæ non potest in actus malos
influeri : ergo nec potest esse actus veræ fidei .

E Verum hæc ratio non videatur bona moralia enim
actus non obstat quoniam ille sit ex mortione
divina sapientialis , quæ potest attingere enti-
tatem actus mali , per secundando ab ejus malitia &
deformitate , ut patet in tacerdore concreante
hostiam propter fortalegium , aut alium malum
finem : nam licet talis concreatio sit mala &
scirelega , procedit tamen ab auxilio speciale Dei ,
moventis & applicantis faceret ut suæ vir-
tutis instrumentum .

F Verius ergo & probabilius est , prædictum
actus à fide infusa procedere : cum enim ellen-
tialiter si virtus intellectualis per se præ-
seculativa , nec secundum se respicit objectum
sub ratione boni , sed sub ratione primi veri ,
non videatur destrui ejus actus per hoc quod ad
finem extrinsecum pravum referatur : quia talis
relatio , licet repugnet bonitati morali , non ta-
men certitudini & infallibilitati , quæ est ellenen-
tialis fidelis . Juxta quam doctrinam ad argumen-
tum

rum respondet, & tunc credendi propter vanam gloriam non habere bonitatem moralem ex objecto, etiæ elicitur à virtute fidei; quia non est de ratione actus fidei habere bonitatem moralē ex proprio objecto, vel aliunde, sed tantum veritatem & infallibilitatem.

B Ad confirmationem dicendum, quod si aliquis ex inani gloria vellet fulcire baptismum, consequeretur quidem ex sacramenti, & ex opere operato, aliquem ejus effectum, scilicet charactem, ad quem non alia requiritur dispositione, quam voluntas eum sufficiendi; non recipere tamen gratiam sanctificantem, quia baptismus eam non confert adultis, nisi mediane, aliqua dispositione, quæ ad minus sit attritio supernaturale, ut magis coram inter docent Theologi in tractatu de sacramentis. Si autem relis legi eorum sententiam, qui dicunt voluntionem fulciri baptismum sufficere ut gratiam conferat, dicere poteris, illam voluntatem non concurre ad gratiam per modum dispositionis, sed per modum conditionis, sicut ad characterem; & sic non requiri quod sit bona moraliter. Qui autem vellet pati martyrium ob inanem gloriam, nec gratiam, nec ante olam martyrii consequeretur: quia tale martyrium non esset verum, sed apparenſ; cum verum martyrium debet esse effusio sanguinis propter Christum, aut fidei confessionem. Unde Hieronymus super illud ad Galat. I. Non iſſicimini in angaria cupidis, ait: Martyrium ipsum si ideo fiat ut admiratione & laudi habeatur a fratribus, frustra sanguis effusus ipſi. In modo aliqui existimant, profusionem vite & sanguinis in tali caſu esse peccatum mortale: quia licet inanis gloria secundum se sit unum veniale, tamen prodigere vitam ex inani gloria, vel alio pravō fine, est mortale: sicut ab aliquo bono fine morti si expondere.

C Objicis quarto: In naturalibus potest eadem esse bona ex uno capite, & simul mala ex aliopam idem homo potest esse boni auditus, & malivisus; habere pulchras manus, & pedes deformes: Ergo & in moralibus eadem actio D potest simul esse bona ex objecto, & mala ex fine, vel ē contra. Consequentia probatur: quia ut in S. Thomas art. 1. hujus questionis: De bono & malo in actionibus oportet loqui, sicut de bono & malo in rebus.

Respondeo concessio Antecedente, negando Consequentiam. Ad cuius probationem dico de bonitate & malitia in moralibus, quantum ad multa loquendum esse, sicut de bono & malo in naturalibus: nam sicut in rebus naturalibus, una est bonitas essentia, alia accidentis, ita in moralibus, una bonitas desumitur ab objecto, alia à circumstantiis, quæ sunt veluti accidentia rerum humanorum. Item sicut bonitas totalis conligit ex plenitudine essendi in esse naturali, ita & in esse morali. Sed discrimen est in eo, quod in naturalibus malum unius partis non inficit aut destruit bonitatem alterius; unde bonitas ex essentia potest simul esse cum mala accidenti, & bonitas unius partis, cum mala alterius; in moralibus vero, malitia quæ est ex fine, vel alias circumstantiis, totum actum inficit, & omne bonum ejus destruit, ut suprā ostendimus; sicut impossibile est, bonitatem ex objecto stare cum malitia ex fine, vel bonitatem ex fine cum mala ex objecto: sicut docent Theologi in tractatu de virtutibus, quod virtutes morales, licet in-

A ter sicut essentialiter distinctæ, tamen ita sunt connexæ, ut nulla ad sit, si una deficiat.

Objicis ultimè contra secundam conclusio-³⁴ nem: Iste actus, volo furari ut dem elemosynam, est bonus ex fine, & malus ex objecto: Ergo habet simul duas species moralitatis. Consequientia pacit, Antecedens probatur. Idcirco iste actus, volo dare elemosynam propter inanem gloriam, est malus ex fine, quia ordinatur ad malum finem, & ex tali ordinatione vitiatur: Sed iste actus, volo furari ut dem elemosynam, non ordinatur ad finem malum à quo vitiatur: Ergo non est malus, sed bonus ex fine.

Confirmatur: Isti duo actus, volo jejunare ut dem elemosynam: & volo furari ut dem elemosynam, habent eundem finem, scilicet elemosynam: Sed hic finis tribuit priori actui bonitatem tuam: Ergo & posteriori.

Ad objectiōnem respondeo negando. Ante-³⁵ cedens, quantum ad primam partem. Ad cuius probationem dicendum, quod licet in isto actu, volo furari ut dem elemosynam, elemosyna non sit medium ad malum finem, sicut in priori actu, quo quis vult dare elemosynam propter vanam gloriam, subindeque non ex eo vitiatur; bene tamen ex eo quod sit finis movens ad malum medium, & malitia mediī redundet in finem, ejusque bonitatem destruat. Unde

Ad confirmationem dico quod licet isti actus, volo jejunare ut dem elemosynam, & volo furari ut dem elemosynam; materialiter habeant eundem finem, non tamen formaliter: nam in secundo actu malitia mediī vitiā finem, & in ipsum refunditur, ita ut finis non sit elemosyna absolvit, sed ut causa furti; ex quo efficitur mala malitia furti.

ARTICULUS II.

An posſit idem actus moralis habere duplīcēm
speciem, quæ simul sit bona, vel
simul mala?

OSTENDIMUS articulo praecedenti, cum-³⁶ dem actum non posse simul habere duas species moralitatis inter se oppositas, bonitatis scilicet & malitiae: nunc breviter discutiendum est, an posſit habere simul duas species bonitatis, vel duas species malitiae: v. g. dum aliquis vult jejunare ad satisfaciendum pro peccatis, queritur an ejus actus sit simul in specie abstinentiæ & penitentiæ: vel dum quis vult furari ut fornicetur, vel occidere ut furerur, an talis actus sit simul in specie furti & fornicationis, vel in specie homicidii & furti?

Partem negativam tenet Vazquez hic disp.³⁷ §1. cap. 3. ubi negat eundem numero actum humanum posse esse in duplice specie bonitatis moralis, quarum una sit ex objecto, alia vero ex fine; quamvis concedat posse esse in duplice specie malitia moralis; & in suam sententiam per trahere conatur Ferratiensem, & aliquos ex Nominalibus, quos tamen Salmantenses & alii Moderni ab hac opinione vindicant. Unde vix est qui prædictæ subscribat sententia, prater Vazquem, cui proinde adaptari potest illud Genes. 16. Manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum.